











1690/A L.LIV 16/

Cucurbitula

... [**CUPPING.**] **De cucurbitula libellus.** 32 pp. With printer's device (repeated). 8vo. Boards. Paris, Christian Wechel, 1541. Fr. 40. — Rare anonymous tract on cupping. A few pages stained.

XIII

A.5



DE CVCVR-bitula libellus.



PARISIIS.
Apud Christianum Wechelum sub scuto Basiliensi, in via Iacobæa: & sub Pegaso, in vico Bellouacensi.
Anno M. D. XLI.

Cap[illegible]

[illegible] Drauma . i . [illegible] et [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible]
. i . [illegible] qui [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible]
[illegible]

[illegible] . [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] a [illegible]
[illegible] a [illegible] [illegible]

DE CVCVRBITVLA LIBELLVS.



ΣΙΚΥΆΣΙΝ Græci hoc remedii genus, & σικύαν cucurbitulam appellāt, ab hortensi cucurbita ducta similitudine. Ex quo fit verisimile maiores nostros illam finxisse, amplo quidem ventre, & ad collum coarctato, quòd & idem longiùs qua parte corpori affigeretur in os angustius desineret. Auxilium physica ratione excogitatum: ignis enim admissus vbi extinctus est, facit vt tantum materię attrahatur, quantum loci ipse occupabat, ne videlicet inane spacium & omni corpore vacans, relinquatur, à quo penitùs natura abhorret.

Vſus. Eſtque multiplex cucurbitarum vſus, ſed longè præcipuus, vbi non in
Celſus. toto corpore, ſed parti aliqua vitium eſt, quam exhauriri ad confirmandá valetudinem ſatis eſt, quo tempore eiipſi parti quę dolet, quæque liberáda eſt, aut certè quàmproximæ affigi debet. Nam diuerſæ parti impoſita profuſionem ſanguinis & rheumatiſmos eò auertit. Opus etiam eſſe cucurbitula poteſt in morbis lõgis quáuis iam & iis ſpacium aliquod acceſſit ſiue corrupta materia, ſiue ſpiritu malè habente. In acutis quoque quibuſdam ſi & leuari corpus debet, et ex vena ſanguiné mitti vires nõ patiuntur: Idque auxilium vt minùs vehemens, ita magis tutum. Neque vnq̃ periculoſum eſt etiam ſi in medio febris impetu, etiamſi in cruditate adhibetur. Ideóque vbi ſanguinem mitti

opus eſt, ſi inciſa vena pręceps pericu lum eſt, aut ſi in parte corporis etiam vitium eſt, huc potiùs confugiendum eſt. Cum eo tamen vt ſciamus hic vt nullum periculum, ita leuius præſidium eſſe, nec poſſe vehemẽti malo, niſi æquè vehemens auxilium ſuccurrere. Vbi inhæſit, ſi conciſa antè ſcalpello cutis eſt, ſanguinem extrahit: ſi integra eſt, ſpiritum. Vbi ergo materia quæ intus eſt lædit, vulnus infligi priùs oportet, μετὰ καταχασμοῦ cum ſcarificatu Græci appellant. Alioqui, ſine ferro tantùm laxata cute, vel inflatio partis diſcutitur, vel eo attracto ſãguine locus confirmatur, vel denique quod malè ſitum eſt reponitur, auertitúrque quod cum periculo influit, aut grauiore caſu virium excluditur, quas σικύας κούφας, vetus medicina Grę cię nuncupauit. In colico cruciatu

Hactenus Celſus.

diſſoluit flatus. Vbi pars aliqua emarcuit aut reſoluta eſt, hoc genere remedii calor, ſanguis, & ſpiritus reuocantur: atque ideò locus animã recipit, ac de integro vegetatur. Quod genus cucurbitarũ ἀναληπτικὸν καὶ ἀνασωματικὸν appellant. Inteſtina ſi in ſcrotum delabuntur, ſuo loco reddit admiſſa ilibus atque ſumini. Prolabentem oculum reuocat cum & vertici & occipitio copulatur. Si ſanguis cum impetu ruens pulmones occupat ſuffocatio prope eſt, quam mediis ſcapulis apposita declinat. Cum ê naribus profluẽs ſanguis animam ſecum trahit, præſentiſsimum remedium eſt iuncta hypochondriis & ſcapulis. Virus etiam quod vel irudo, vel aliud peſtiferum genus animãtis corpori inuexit, celeriter reuellit, aut ſi qua parte vitio naturæ vel aêris collectum eſt, vt in

bubone

bubone peſtilẽtiali, eius auxilio in locum ignobiliorem transferri poteſt. Quæ cùm efficit, ſæpe etiam dolorẽ lenit. Magnus ergo plurimis in rebus cucurbitarum vſus eſt: quas etiam multiplex materia diuiſit, quia videlicet alia cornea, alia ænea, nonnulla teſtacea, plurima etiã vitrea. *Materia cucurb. multiplex.*

Cornea, quæ eadem cornu & corniculum appellari poteſt, altera parte æquè patet, altera foramen habet exiguum, aperto ore corpori coniungitur: extrema verò tenuitate qua foramen eſt, labris cõprimitur, & ita exugitur ſpiritus, poſteà verò cauum id repletur cerâ, vt hæreat cornu, attrahatque validiùs. A Enea, & quæ plurimũ vſurpatur vitrea, altera parte clauſa, altera patet: niſi quod interim anguſto foramine peruiam efficiunt, ídque obducunt cera, quam rurſùs *Cornea. Ex Celſ.* *AEnea & uitrea.*

ſùs

ſus in tempore detrahunt, vt cum ſatis attractum fuerit, aut contumacius inhæſerit, vas meliùs reuelli poſsit. In vtrăq; linamentum ardens coniicitur, quod aliquandò ſimplex, aliquandô multiplici funiculo diſtinguit, eóque vel tenuiore vel craſsiore, vt plus minúſve attrahat. Id verò firmiter oportet inſidere cuti, ne ſi concidat, exurat locum. Linamentum ergo ἐλλύχνιον vocant inductum cera corpori affigunt, nonnunquàm etiam cucurbitulę fundum offarciunt ſtuppa, tum vas ſic agglutinant, vt ore medio cingat funiculum, & ſtuppa concipiat flămam quæ aërem depaſcitur, vt breui momento inanitas ſit, quódque attrahi velis, ſubitò conſequatur. Sæpenumerô relicta ſtuppa multiplici ellychnio cõtenti ſumus: vas fideliter imprimi debet, ne qua parte hiet, & illac

Ratio aptădæ cucurb.

lac aër ſubeat. Reſudat ferè tabeſcente flamma, quod ritè poſitum eſt, atq; hinc locus manifeſtè ꝓminet. Quòd ſi defuerint cucurbitulæ meliores caliculus vitreus, argenteus, figlinus, pultarium quoque vas oris compreſsioris ſatis eſſe poteſt. Atque vbi modi vacuationis maior cura eſt, ne videlicet plus minúſue quàm oportet, è corpore detrahatur, vitreo vaſe vtendũ erit: ſic enim qui extrahitur ſanguis, perſpicuus eſt. Alioqui è pulſu & aliis ſymmetrię ratio inuenienda erit vt vas in tempore refigatur. Quibus in morbis magna vi opus eſt, & attrahẽdum quoque plurimum æneę quæq; ſolidiore materia conflatę cucurbitulæ magis conueniunt: plurimam enim flammam ſuſtinent, nec vt vitreę diffringuuntur: Corneę plęriſque locis inuſitatæ & minùs attrahunt: Ma-

 gnitu-

gnitudinem vasis necessitas definiet, ac locus cui aptari debet, quanquâm non vbique affigi potest: non enim digitis, palpebris, linguæ. Maiores cucurbitulæ longiore collo, magis vẽtricosæ plus attrahunt, sic vbi copiosior flãma est, sic vbi cõcisa antê scalpello cutis aut laxata fotu, cúmq; plura & altiora vulnera adacta sunt. Quæ ore angustiore pleníisque labris vehementiùs partes arripiunt: quæ verò latiore & flexis marginibus labiísve, eę quidem lenius blandóque tractu partes continent. Cucurbitulę neque initiis morborum, neque pleno corpore rectè imperantur, multóque minùs si vel hypochondrio vel thoraci, vel capiti agglutines. Plurimum enim attrahunt, atque ita partes principes copiâ opprimuntur: intercipitur calor & spiritus: strangulatio

sequi

ſequitur, lethargus, caros, oculi prolapſus, aliáque eiuſmodi. Sunt qui nec naſcente luna, nec iã ſeneſcente, multò etiã minus eius ſilentio cucurbitulas admittant. Adultam eſſe volunt, quia videlicet hac ætate humor corporum auctus eſt & qui faciliùs ſequatur. Contrà verò exortu primo & extremo ſenio, reſiccatus piger ac tardus eſt. Idque non modò Arabes, ſed etiã Greci tũ philoſophi tũ medici annotarunt: atuerò ſæpe eſt, cũ decreta cœli ac lunæ neceſsitati concedant: neque perpetuò ſyderis ętates expectat caſus. Tempeſtiuum auxilium eſſe volunt hora diei ſecunda ac tertia, noſtro more prima diei parte. Quod idem à balneo nec ſine reſuſpectũ habẽt: quę eadẽ ratio in omni tũ corporis tũ animi motu ſeruari poteſt. Acquieſcat.n. priùs corporis agitatio,

Tempus.

tio, atque animus anteà colligatur. Cõmodiùs ferè inclináte morbo, remissa accessione, longè à cibo admittuntur. A lenioribus ad fortiores ordo esse debet, cum pluribus vtẽdum, est. Puer etiá trimus facile, sexagenarius non nisi egrè, hoc remedium sustinere potest. Celeriùs existit vis auxilii si pręparatus antê locus est, id que æger faciliùs perferet. Spiramenta cutis aliàs laxabis, aliàs emollies. Laxabit ex dulci oleo, remolliet ex hydrelęo fotus. Naturã partis simul excitabis, & cutem rarefacies mediocri frictione ex linteo calenti. Quibus artibus etiam humores liquefacies: atque vbi materia crassior fuerit, atque ideò contumax, fotus & vapor conuenit à frictione ex nepita, pulegio, origano, hyssopo, aceto coctis & oleo quod ὀξέλαιον appellant.

Pro-

Probanda quoque ea ratio eſt, quæ priuſquàm aptetur vas, idem affricari parte interiori, atque etiam induci iubet medicatis rebus quæ conſilium medici iuuent, quale eſt allium, theriaca, mithridatis antidotus, vbi in colico cruciatu ventorum inflatio diſcutitur. Eadem quoque ſi quid veneni morſu animalis inuectũ eſt, & ſcordiũ, trixago, dictamnũ, anagallis, ruta, ſaluia, galbanũ, caſtoreum, medicamenta omnia aduerſus animalium virus comparata. Atque hoc loco obiter annotandum in ferarum morſu, quę aliqd veneni ſimul expuerũt, aut expirarunt quidẽ, vtendum etiam maiore cucurbitula, pleniore flamma frequentiore per ambitũ vulnere, idque multò magis ſi vehemẽtior morſus fuerit. Quod ſi cucurbitula deeſt, quolibet vaſe vt pultario vtendum erit

rit: alioqui, longe etiam magis cum leuior plaga est virus ſani hominis ore atque inſpiratu exugatur, pulmones aut pulpę carniũ recens mactati animalis apprimantur. Pullaſtri palumbes, feles, caniculę, euiſceratę atq; etiã dum animam enitentes ſubindè coniungantur: alii gallum â podice depilant, atque ita adiungunt morſui, vt podex vulnus concipiat, tum roſtrũ viui animalis comprimunt, vt arctiùs podex conſtringat, vîque maiore attrahat. Quibuſdam locis ruſticum vulgus graphicis pennis bene comparatis locum infigunt, & ſuctu virus illiciunt. Sed hoc παρεργόν fortaſſe: atque hinc ad inſtitutam orationem redeũdum. Vbi ergo locus vapore fotu vel aliter præparatus eſt, cucurbitulam imprimere oportet, atque ex eo æſtimare quantum pars extuberet

vndè

vndè materiæ copia coniicit. Quôd ſi plurimũ intumuit locus, cędendus quidem nouacula, frequentiq́ꝫ vulnere lacerandus. Si verô idem ferê perſiſtit, minimũque attollitur, ſolo fotu ac vapore corpori æquari debet ex iis interim quæ incidant, attenuent ac digerant. In carne culter ferè initio adigitur. in gracili & excarne loloco atque etiá vbi de ſcarificatu ambigitur periculi gratia vas priús imponitur, cúmque iam extitit in tumorem locus depoſita cucurbitula priore, & illato vulneri altera inducitur.

In tenui ſanguine breuis atque in ſuperficiem ducatur plaga, in craſſo longiùs ac profundiùs adigatur. Cũ largiùs attrahendum, maior firmiórque cucurbita, altior ac frequentior ĩciſio eſſe debet: vas quoque ipſum diutiùs inſiſtat loco, ſæpiùſque reuocetur.

tur. Hippocrates vbi malum altiùs insedit, oblonga, nec ita ventricosa, quæque describat circulum minorem, vti præcipit, quam & nõ grauem esse vult, vt nec quo tempore dolor est, qui si in carnem & superficiem spargitur, atque etiam materia ita exposita est, vase circuli maioris opus est. Vulnera decliui parte quaque faciliùs subeat sanguis, meliora sunt.

In languore partis vbi reuocanda vita est, breuibus interuallis figere oportet, atque refigere, at breui tempore continere in parte, ne si diutiùs insistat cucurbitula, quidquid caloris & spiritus attractum est, idem exhauriat. In hoc genere remedii, loca spongiosa, vt mãmarũ vitanda sũt: hinc enim ægrê reuellitur, quod semel inhæsit. Ab insigni vena, neruo, arteria, ad minora vasa & capillaria cul-

ter

ter adducendus eſt. Cõſenſus partiũ & ratio, quæ κατ' ἕξιν eſt, in vſu cucurbitulę ſeruari debet: iſq́ꝫ cõueniẽter aptéq́ꝫ collocabit, qui ex anatomia nouerit radices, ꝓpagines, diuortia vaſorum, qua ſpiritus, ſanguis, & vita differũtur in corpus. Quale eſt quod ab occipitio in ſynciput venæ et arterię plurimę propagãtur, ideóq́ꝫ poſteriori capiti iũcta cucurbita fluxiones in oculos reuellit, graues capitis dolores atq́ꝫ diuturnos lenit, cruciatꝰ dẽtium attẽperat, ſcabiẽ oculorũ atq́ꝫ ſuffuſiones diſcutit, obſtructiones liberat, fœtorẽ oris corrigit, palpebras & ſupercilia grauata exonerat, auriũ tinnitus & ſibila diſſoluit: rheumatiſmos auertit quoſcũq́ꝫ, in os, fauces, pulmones, ventriculũ, venas, denique corporis cerebrum tranſmittit.. Phreneticis, lethargicis, apoplecticis, cepha

lalgicis aliisq́ prope infinitis auxilio est. Occipitii cauo ferè copulatur, aut paulò īferiùs, ne quid memoria offendatur. Quòd si intercepta est via spiritus animalis, occipitii cauo, scapulis, metaphreno. Lumbis deinceps applicatur, vt paulatim, ac veluti per gradus vis animæ descendat, stupidæq́ partes animali spiritu vegetentur.

Intercepto spiritu animali.

Vbi verô melācholia, epilepsia, incubus, comitialis morbus, cæteraq́ eiusmodi capitis vitia metuuntur, vacuato corpore, lumbis primū atq́ hypochōdriis, tū metaphreno, scapulis, ceruici, postremo occipiti glutinanda est. Lethargicis primę ac secundæ colli vertebræ, deinde occipitio vniri debet. Apoplecticis primum lumbis tū scapulis ac ceruici cū scarificatione. Alias etiā sumini & ilibus, vt scilicet ea vi materia è capite in aluū ra-

In morb. capitis.

Lethargicis

Apoplecticis.

pia-

piat̃: deindè quia pharmaca & clyſteres vix cõtinent, ſed ꝓtinùs euomũt, niſi hoc remedio prohibeátur. Nam cùm natura ĩteſtinorũ quod ad excretionẽ attinet, ambigua ſit, ſurſumq́ʒ ac deorſùm moueatur, ſi nõ apprimit diaphragma, ſi muſculorũ epigaſtrii reſoluta vis eſt, ſi ſphyncter præcludit, & neruoſa natura ſua inteſtina ſurſũ reuellũtur, vna cũ his materia ſurſùm fluitat, atque dũ euomitur, aliud quidem efferueſcit ore, aliud naribus excluditur, aliquid etiã in arteriam defluit, vndè ægri miſerè ſuffocantur.

Phreniticis ſequacior materia eſt, *Phreniticis* itaq́ʒ blandiore tractu opus eſt. In inflãmatione cerebri & menyngũ ſimiliter: aliquãdò tamen vt in materię copia & qualitas, dorſo, ceruici, occipitio deinceps affigi poteſt. In con- *Cõuulſis.* uulſis vtiliter quidẽ locũ emollies hy-

drelæo, aut hibiſci, fœnigræci, ſeminis lini decocto, inſuccata priùs in iis ſpõgia, & ita parti ſępiùs impreſſa: ac per acceſsiões leuior & ſine ferro, remiſsionis tẽpore cũ vulnere occipitii cauo et ceruici cucurbitula inſerat. In ſpaſmo canino initio ceruicis, quo latus muſculus cõuertitur. In lingua reſoluta ſub mẽto. In angina nõ ita cõuenit medicina vetus. Hipp. 2. de morbis ceruici primũ, deĩde pòſt aures raſo capillo, vulnerata parte adhiberi iubet, vtero etiã in mulieribus. Paulus, Aëtius, Celſus, Aurel. vbi exteriores maxillarũ muſculi & mẽti tumẽt vacuato corpore, ſcarificant & cucurbitã affigũt. Quòd ſi interior tumor eſt ad initia ceruicis ſæpiùs reuocato remedio ſe transferũt. Aurelianus pręter hæc ſub mẽti lateribus ceruici, ſub auriũ lacunis quo fauces ꝑueniunt, remiſ-

Spaſmo canino.
Lingua reſol.
Angina.

misſiònis tẽpore & prima luce, ſi quidẽ res patiť, aptari voluit. Quòd ſi pſeuerat malũ, ęgerq́ ad pferendũ mol lis eſt fixis primũ ſãguiſugis, iisq́ paulò pòſt detractis, cucurbitulas eiſdẽ locis ĩprimit, quo cõſilio naturã vexari minùs exiſtimat, q̃ ſcarificatu. Alii ĩguinib9 primũ, deĩde hypochõdriis, pòſt etiam ſub mãmis, hîcq́ cum vulnere defigũt. Quod placuiſſe Hippocrati ex eo licet cõiicere, quòd in angina ex loco ſubiecto mãmis venam aperuit. Poſtremæ ſententiæ partium conſenſus non repugnat. Occipitio et ceruicis initio iunctã cucurbitulã ſectioni medię venę reſpõdere volunt: vt axillaris, ſi mediis ſcapulis in ſinues: humeralis, ſi in latera ceruicis tranſferas. Id quod progreſsione vaſorum cõfirmare licet. Hoc remediũ anterior pars capitis ęgrê ſuſtinet: hîc enĩ

Synapput..

caluaria mollior est, mollius cerebri corpus, rarior quoq; cõmissura suturarum: periculũ ergo ne vi remedii cerebrũ quatiatᷓ, repleatur caput, & aĩa quę illic plurima est, grauius patiatur. Itaq; syncipiti vel omninò parcatᷓ, vel non nisi bene puro corpore, atq; tum leni blandoq́; tractu flãma exigua, & breui mora cucurbita copuletur. Tutius remediũ est vena in fronte secta.

Tempora & facies. In temporibus idẽ, aut etiã grauius periculũ est: reliqua facies vix hoc genus auxilii admittit. *Vertex.* Admittit vertex singulari remedio in scabie palpebrarũ, oculorũ tuberculis, atq; vbi vel cornea, vel vuea, vel oculi corpus ꝓlabitur: interdũ etiã deliria atque vertigines cõponit, et canitiem retardat, quanq̃ in aliis etiã accelerat & vim animę vehemẽter lędit, quia fortasse ĩpuro corpore capiti adhibetᷓ. *Sub mento.* Sub mẽ-

to

to poſita dentium dolores attẽperat, maxillas, caput, faciẽ repurgat. Sub mãmis anginę confert, menſes reprimit, & ſanguinem qui è naribus, cole, & pudendis ꝓfluit. Quo tẽpore hypochõdriis, humero, et brachiis aptari poteſt. In mediis ſcapulis ſæpenumero vſurpat̃, ad cauſas capitis, fluxiones ſanguinis cũ in nares, thoracẽ, ventrẽ motus eſt. Purgationes mulierũ reuellit, pleuriticos, aſthmaticos pręſẽti ſuffocatione liberat. vẽtriculi malis & ſingultui ſuccurrit: niſi quôd interdum tremorẽ cordi, laborẽq; vẽtriculo cõmouet. Quod cũ metuitur, paulò ſuperiori loco quàm ſint ſcapulæ admitti iubent. In pleuritide latus interdùm configit̃. Nam ſi neq; fotu, neq; detracto ſanguine, neq; aliis auxiliis liberat̃ æger: atq; alioqui deſperata res eſt, poſt ſeptimũ diem ex

Sub mãmis

Inter ſcapulas.

Lateribus.

Archigene & Aëtio: post decimum-quartũ ex Paulo latus incidat̃, cucurbitula coniungatur: vulnus ne coëat ꝓhibeatur, iniecto liteolo, quod oleũ imbiberit, postridiè cucurbitula iteretur: primo die sanguis, secundo sanies effluet singulari remedio. Id verô nostra memoria vix tentat̃, quia videlicet auxilium crudelius est: quanq̃ humanius videri possit, quàm si certę alioqui eidéq; atrocissimæ morti deploratus æger relinquatur. Neq; dierum numero, sed necessitate finienda res est. Scarificetur latus, quod ægrũ est inferiore parte musculi, qua subiectam costam habet quia superiùs neruus est vena, & arteria, quæ nõ nisi periculosè vulneratur. In lienteria, cholera, ventriculo nihil continente vsus est, cùm natura excessit loco, calor diffluit: vt iam pars nihil re-

Ventri.

tineat

tineat, nihil concoquat: vas ergo impressum ventriculo, dissipatas naturę vires colligit, collectas quasi vinculo quodá retinet, supprimit recens alimentū, & ne effluat prohibet, ita confirmatur venter, paulatim inualescit, pristinæq́ naturę restituitur. Oportet autem, primū quidem breui tempore continere, atq; vt res in melius proficit, vim auxilii adaugeri: cauere deniq;, ne cùm calorem spiritúmq; illexeris, eundem foràs euoces, atq; diutiùs q̄ oportet, fixa cucurbitula aut vi maiore exhaurias. Paulò sub vētre, vt labrū altera parte ptingat vmbilicū, singultui ac vomitioni remedio est.

Quòd si ex hepate in ventriculū bilis translata est, quæ singultū vomitúmq; emoueat, cucurbitulam in dextrū latus, qua pylorō est, auocabis. Sic enim ad intestinum vertitur materię *Hypochōdrijs.*

cur-

cursus simúlq; ventriculus molestiâ vindicatur. Inueteratis hepatis lienisq; vitiis, profluuio sanguinis ê naribus, hypochondriis admittitur: dextro, si dolet hepar, & è dextra nare profluuium est: sinistro si â liene & sinistra nare quærela est. Cęterùm criticum aliquandò eiusmodi profluuiũ est, quod reprimere nõ oportet, nisi inde vires cadere videantur. Quod si fit, iam metus est, ne affixa hypochõdrio cucurbitula, eum ipsum sanguinem quem natura victrix ad liberandum morbũ excludit, in viscus reuocet. At uerô par auxilium, quôdq; sine periculo, sine metu est ad scapulas cucurbita transferatur. In recẽti viscerum inflãmatione postridiè quàm missus est sanguis, si materiæ copiâ suffocari calor videbitur: si alioqui periculum futurũ est, in superficiem vulnera infli-

infligãtur, adiungatur cucurbitula, vt natura parte oneris releuetur, calor liberiùs moueatur. In obstructionibus laxandę primũ vię sunt: in hepate lenis satis esse potest: liene verò ita laborante sine vulnere frustra est, aut certe non ita prodest. Sunt qui medio vmbilico vniri nolĩt, ne videlicet ea vi forâs attrahatur: id vt locum in quibusdã habeat, vt eo vitio quod ἐξόμφαλον appellant, cũ videlicet prominet vmbilicus & infirmior est, idipsum tamen perpetuum esse nõ potest. Nã colicos sæpenumerò iuuit cucurbitula medio ĩpressa vẽtri, quæ vndiquaq; marginib9 cĩgeret vmbilicũ, statimq; ad ĩstar miraculi discussa ĩflatione, dolor acquieuit. Eadẽ ratione strophis ac torminib9 ĩtestina liberãt, dysenterię resistũt, immoderatę vomitiones cõponuntur. Lumbis apposita

Medio umbilico.

Lumbis.

ta, per perinæũ ad inguina paulatim adducitur, vt è renibus ad veſicā calculus transferatur: idq; meliùs, ſi non cruciat dolor, & locus ab inflāmatione liberat. Cũ renes ſanguinē mingunt ilibus, natibus, coxendicibus: cũ veſica, ilibus ac lũbis. Pudēda ſi ſanguinem reddunt, iiſdē locis vniatur, atq; etiã hypochondriis & ſub mammis. Hæmorrhoïdes ſiſtit aptata hypochondriis, mediis ſcapulis, & ſuperioribus brachiis. In vteri ſuffocationibus primũ inguinibus, tum femoribus, deinde vtrique circa vmbilicũ cum plurima flãma, ſed ſine vulnere. Quòd ſi ex grauitate loci materię copia cōiicitur, pecten & lũbi ſcarificentur, vt partē oneris deponas, poſteà inguinib9, femoribus, & circa vmbilicũ cũ igne plurimo, inanes cucurbitulę affigātur. In vteri procidentia vmbili-

libus &c.

bilico, atque vtrinque ilibus cum freq̃ueti ellychnio. In flatuũ copia vmbilico, pubi, inguini, ilibus, lũbis. In peruersione ex diametro opponãtur.

Cucurbitula cõplexa sedẽ vniuersum corpus repurgat, intestinũ iuuat, leuat vterũ, si corruptis mensibus opprimitur, reuellit mẽstrua: quanq̃ fortasse ad hęc omnia hirudo salubrior est. Perinæo inserta hęmorrhoïdas fluxiones in crura, herniã denique reuellit. In coxariis molliori femori, popliti, malleolo vniri debet. Coxę si ea ipsa luxata est qua parte etiã prodesse volunt femoris, scabiei, tuberculis, apostematibus, podagrę, hęmorrhoïdibus, elephantiasi, vteri ac vesicę inflãmationi, ac denique totius dorsi prurigini. In quo siquidem vacuandę materię cõsilium est, scarificatio cõferet: alioqui sine ferro cucurbitula

Perinæo

Coxæ

satis

Femori. Popliti. Malleoli.

ſatis eſt. Interiori femori, popliti, malleolo, vteri, inguinum, pudendorum cauſis, ſuppreſsis menſibus: adhęc maniç, melãcholię, anginæ, pleuritidi, in ſumma morbis omnibus, quos cohibitus menſis aut mariſca excitauit, applicari debet. Peculiariter in abſceſſu teſtium & crurũ tuberculis, interiori femori vt poſteriori, in apoſtematibus natiũ, popliti ſi tremulum genu & parum firmum eſt, quia humorũ acrimonia ſollicitatum aut vicioſo abſceſſu fatigatum: præterea ſi tibia & pedes putrilagine cõſumuntur. Nec defuerunt, qui plãtis pedum cõſererẽt: ſic enim è medio corpore feruidum calorẽ attrahi, venenatos ſpiritus reuocari: peſtifera deniq; apoſtemata tranſferri poſſe magno ſolatio naturæ exiſtimabant. Multa quidẽ olim vſurpata poſteritas reliquit, multa etiam

me-

meliora partim reddidit, partim excogitauit: In quo acri iudicio opus est vt quod iuuet, etiamsi exoleuit, nullo metu reuoces, neque formides vti remediis posteritatis, q̃bus fortasse veterum legibus iuterdictum est. Vulnera solo concepto linteolo sępe coalescunt: interdùm etiam glutinante medicamento impleri debent. Cucurbitula si inhæsit pertinaciùs, aqua calidiuscula, è linteo vel spongia totam viciniam per ambitum fouebis, eodem remedio tumor subsidet, & qui incaluit locus temperatur.

ΤΈΛΟΣ.

Pagna 4. linea 3. lege parte 10. 13. eæ Ibidem 16. pleno. 14. 2. leuior. Ibidẽ 6. euiscerata. 15. 5. minimúmq;.

Fen
Pop
Ma



